

Ioannes de Regio
mōte primis Eph
merides scripsit.

Georgij Trapezuntij, in magnam compositionem Ptolemæi, Itemq; libere
in Trapezuntij uersionem, quem propè diem in lucem edendum curabis
mus. Scripsit præterea elegantissime de quadratura circuli, contra Nico
laum Cusanum. Tabulas quoq; directionum, cum Tabulis primi mo
bilis. Ille est qui primus Ephemerides in multos annos duraturos emisit.
Ille est qui omnia instrumenta Astronomica suis manibus quàm exactissi
mè fabricare potuit, & nouit: ut mirum sit unū hominem, in tam paruo
uitæ suæ spacio (nam directe non amplius annos uixit 40.) tam multa
in rebus difficillimis absoluere potuisse. Hic igitur cum fuerit & Græ
cæ & latinæ linguæ doctissimus, infallibiles ubiq; in scriptis suis posuit
demonstrationes, quæ nisi ab insigniter Mathematicarum rerum peritis
comprehendi possunt satis. Vnde etiam de æquationibus duodecim do
morum cœli, ita scribit. Ostendendum est quòd semicirculus horizontis
orientalis sit limen primæ domus. Nam si solum ea pars eius quæ intra
metas tropicas continetur, id est latitudo ortus utrimq; ab oriente æquino
ctiali sumpta, necesse est limitem eius mutari, propter maximam Solis
obliquationē, quæ alia est apud Ptolemæum, & alia apud iuniores. Item
si per dictas duas metas ducerentur circuli, & per polos mundi, totum
spacium inter eos circulos contentum ex parte orientis, habebit necessa
rio naturam primæ domus, cum in eo semper inueniatur ianua primæ do
mus: sed & in eo spacio aliquando reperitur, tota secunda domus, præ
sertim Capricorno ascendente: quare secunda domus habebit influxum
primæ domus omnino, aut altera alteri cedet, id est natura unius domus
delet naturam alterius. Vide itaq; quale inconueniens sequatur hanc flux
am & mutabilem domiciliorum determinationem. Hanc coincidentiam
domorum, uidebis etiam numeris exemplaribus. Sed planum illud
est in habitatione ubi dies Solstitialis habet 18 horas æquales, oriente Ca
pricornio, tota domus secunda in hanc metam incidet, ubi influxus pri
mæ domus est. Item oriente Cancro, tota duodecima domus intra hanc
reperietur metam. Item cum spacium decimæ domus oriente Cancro sit
trium horarum æqualium, totum ipsum habebit influxum, naturam &
proprietaem decimæ domus. Sed illud ipsum spacium quandoq; tribus
domibus uendicatur, ascendente scilicet Capricorno. Tres igitur domus
decima, undecima, duodecima, naturam decimæ domus influent. Talē
quoq; surrepticiam, & confusum domorum influxum, aut tam incertam
proprietaem, siue etiam significationem in reliquis quoq; cœli domici
lijs est inuenire. Cæterum ponatur Luna in maxima sua latitudine meri
diana, paulo ante Capricornum orientem. Verbi gratia in 28 gradu Sa
gitarj in trino Iouis, & uideamus quid ad hunc situm sequatur secundum
sententiam Ptolemæi argutissimi, & cui non minor in his rebus habenda
fides est, quàm in alijs uniuersis. Si itaq; hæc domorum ratio atq; di
stinctio ex mente Ptolemæi fuit, iam in fine duodecimæ domus Luna in
uenta Hylegialelem sortietur dignitatem quandoquidem intra quinq; gra
dus ab Horoscopo moratur. Verum quia propter latitudinem eius ma
gnam atq; declinationem nondum supra horizontem eleuata est, sed infer
num

num